¶ Reuerendiſſimo patri. dño petro frigerio veneto theologo Excellentiſſ'mo Archiepiſcopo. Corkirē
ſi ordinis predicatorum. Frater Petrus albus ſancti canciani venetus: inter Reuerendos theologos pata
uinos minimus eiuſdem profeſſionis. S. P. D. Maiores noſtri: tum etiam exteri quadam diuina eterni
tate prediti. Reuerendiſſime pater ſūmopere uelut noſti elaborarunt quo pacto ſemper aliquid vtilitatis
aut eruditionis: ſiue comendāde memorie: ſuis poſteris quaſi munus quoddam duraturum: ex amore lar
girentur. Hoc nempe genere amoris liberi: beneficiꝫ donati: diſcipuli ſucceſſoreſqꝫ quorūuis per multa ſe
cula: veteruꝫ geſta: narrant: laudant: cōmendant. Sic profecto babilonꝫ per ſe mede lacedemonꝫ: atheni
enſes ⁊ pene omnis gratia: Chartaginenſes. Romani: Chriſtiani penitus omēs: ⁊ ut ad noſtros cito perue
niamus. Primi huius chriſtianiſſime noſtre vrbis uenetiarum: que omnium copia rerum: induſtria: exer
citio: artibus: ſciētia: remilitari: iuſticia: imperio: ſenatu: cultuqꝫ vnius ⁊ maximi ueriqꝫ dei: omnes quot
quot fuere: futureqꝫ ſūt vrbes: antecedit ⁊ ſuo ſplendore ſuperat quaſi quoddaꝫ iure inſerto ſeruauerunt
nobiſqꝫ etiam atqꝫ etiam ſeruandum clariſſimis rebus a ſe optime geſtis: non abre reliquerunt. Quorum
Exemplo frequentiſſime laceſſitus ne ipſe aliquo ocio: pecudum vel brutorum more: hanc vitam defati
gari viderer: cum varie tum periculoſe: vt arbitrabar: priores eſſent emendationes diuinorum librorꝫ: tuꝫ
eorum maxime quos fere in omnes gentes: atqꝫ in omnes hereticos: hereſi archaſue: uel in quoſcunqꝫ ad
uerſarios fidei chriſtiane. Sanctiſſimus Thomas aquinas. Splendor eccleſie. Doctor angelicus: veritatis
inuictiſſimus defenſor: omnium litterarum eruditiſſimus: cuius doctrine fides chriſtiana: nutritur: auget:
ſeruatur: quēadmodum mundus iſte ſole lunaqꝫ ornatur: mirabili ni fallar artificio edidit: documentiſqꝫ
catholocis firmauit: ſtabiliuit. Atqꝫ plures et pene ſinguli huiuſce codices longitudine temporis: tum i cu
ria quaddam: corrupti eſſent: diuerſas etiam ſua corruptione afferent legentibus difficultates: intellectum
qꝫ ſtudentium variarent. Quaſi tunc mihi: ⁊ merito quidem: quantum uires ferebant: tam ſanctum tam
celeſte: tāqꝫ diuinum opus: admodum fidei chriſtiane perutile ac neceſſarium: ad eum ſtilum: ordinē ſen
tentiaſqꝫ reduceret quo legentibus: legendi intelligendiqꝫ labor: omnino facilior foret. Equidem Reueren
diſſime pater: veluti omnium fert v̄a opinio non abſqꝫ labore: tantam molem: tantāqꝫ prouinciaꝫ ſuſcepi
neqꝫ doctiſſimos viros in ipſa caſtigatione fugi. acceſiui plures: plures etiam ſuper ipſa re conſului: deiu
dauiqꝫ frequentius priuſqꝫ rem conducerem: At quotiens incepi: quotiens miſſum feci opus. Non tamē
id honoris: uel inanis glorie gratia vt aiunt ſed publici cōmodi audus. Is certe mos maioribus meis eque
inſedit: ut ſemper reipublice: obliti comoditatis proprie fauerent: eo ego omnem inſtitueram emendatio
nis propoſituꝫ. Attn neſcio: an factū ſatis erit omnibus preſertim doctis viris quorum fama auctoritas:
dignitaſqꝫ vbiqꝫ habetur maxima. Ea de re cum in omnibus aliꝭs rebus meis: te vnicū lumen ac decus no
ſtre religionis: cenſorem: iudicem: patremqꝫ humaniſſimum ſemper ſuſceperim impreſentiarum: et i re tā
ta maxime ſuſcepturus ſum. Et tali reuerentia. Hanc meam: licet fortaſſis a pluribus improbandam emē
dationem Reuerendiſſime pater dñationi tue: tāqꝫ equo ydoneoqꝫ iudici meritiſſime dedicaui: ea lege qꝫp
pe vt ſi recte ſantiſſimi Thome aquinatis doctrinā me ſenſiſſe agnoueris: e ueſtigio labore filiꝭ tui: uti ſol
litus es gratulari poſſis: ſi uero me deuiaſſe: ab inſtitutis ipſius ſanctiſſimi doctoris quod facile cuilibet ēt
pito viro: in emendandis alienis codicibus accidere ſolet: periculum faciunt qui huiuſce caſtigationibus
indulgent: alicubi comprehenderis: tua innata ſapientia corrigito. ſolitaqꝫ humanitate: in omnibus ſup
plere uelis atqꝫ digneris. Futuros autem hanc noſtram emendationē lecturos ſatis orauerim omnes: ne
me dentibus quouis pacto mordeant: verum veniam pro ſua ingenita optima conſuetudie grato aio pre
ſtent. Eam inſuper correctionem nouam Nicolaus Jenſon Galicus vir imprimis catholicus: erga omnes
gratus: beneficus: liberalis: verax: conſtans: pulchritudine: magnitudine: fidelitateqꝫ imprimendi: in toto
terrarum orbe: pace omnium dixerim: primus: mira etiam celeritate: noſtra hac tēpeſtate veluti: ſingulare
munus celeſte: nobis ipreſſā venetiꝭs dedit. Anno Salutis. Mcccclxxx. ydibus Juniꝭs feliciter. ¶ Uale

a primum folium albuum
& principale volumen

Incipit liber primus
Agnitionis attingentes
b autē naturaliter notorū
esse sic secundum se
mouentia quia ponitur

inter omnes homines
c aliquid de deo & rebus
ab actu ergo malum
modi inter principatus

hoc autem officio
d nis fortes hoc autem
causas proximas ordo
nec erant nec fuerunt

operationē & delectabile
e ſicut est bonor dominatū
nis sic modo ſuos
ſicut ipse perfectus est

est ab ipso immediate
f edificiorum ſapientes
cui aliquid debeat ipsa
romeliſsima talia esse

enim hec duo est generalia
g dicitur diuerſitatem
que spectant ad prectionē
ad particularia ſed

Scilicet intelligē ergo bō
h ſicut Aristotelē probat
quo anima operatur
est non est igitur

mouet ad producēdum
i ſupra ostensum est
honorabiliore pacīme
rationes probātes iam